in culpe vitatione ꝯſuluit ſibi. Iſto amo/
re debemus diligere primū. nos ⁊ deum.
Caritas enī hꝫ zelum. mortē ⁊ alas. Vn̄
ambro. in li. de yſaac. zelum enī caritas hꝫ
q̄m per zelū quem hꝫ. nec ſuis parcit. Et
mortem hꝫ caritas. ⁊ alas igneas hꝫ cari
tas. Ex quibꝫ verbis habet̄ ꝙ illi qui hn̄t
caritatē debent habere zelum ad ꝓximum
vitia arguendo. ad ſeipſum mortē vicia ⁊
oēm amorem mundi extinguendo Ad de
um alas ignitas ad ipm̄ per amorē ardē
ter currendo. ¶ Tercio dilexit nos xp̄us a/
more ꝑſeuerandi. ſcꝫ in principio parentelā
nobiſcū ꝯtrahendo Jhere. xxxj. In carita/
te ꝑpetua dilexi te ideo attraxi te miſerās
In medio nobiſcum familiariter ꝯuerſan
do Baruch. iij. Poſt hec in terris viſus ē
⁊ cū hominibꝫ ꝯuerſatus eſt. In fine ꝓ no
bis moriendo Jo. xiij. Cū dilexiſſet ſuos
qui erāt in mundo in finē dilexit eos Sic
⁊ nos debemus xp̄m diligere in principio
.i. in adoleſcentia noſtra. ⁊ in medio .i. in
iuuentute. in fine. i. in ſenectute Prouer.
xvij. Omni tp̄e diligit qui amicus eſt.

¶ In feſto omnium ſanctoꝝ
Sermo primus.

Mementote quo
mō ſalui facti ſunt patres noſtri
⁊c. j. Macha. iiij. Sicut dicit beda. feſti/
tas oīm ſanctoꝝ triplici de cauſa celebrat̄
Vnde ait Feſtiuitates ſanctoꝝ patres ce
lebrari ſanxerunt vel ad incitandū ad imi
tatōem. vel vt nos eoꝝ meritis ſociemur
vel eoꝝ orōnibꝫ adiuuemur. ⁊ ideo valde
vtile eſt vt qualiter ſancti ſunt ſaluati no
bis ad memoriā reducat̄ ¶ Hec aūt ſolem
nitas que fit ad honorem oīm ſanctorum
quadruplici de cā inſtituta eſt. Prima ſu
mit̄ a parte baſilice ꝯſecrate. que quidem
ꝯſecrata erat omnibꝫ ydolis. ſed poſtmo/
dū ꝯſecrata eſt oībus ſanctis. Aliqui igi/
tur ſunt qui faciunt feſtū ꝓut ꝯſecrata eſt
omnibꝫ ſanctis. aliqui ꝓut ꝯſecrata eſt oī
bus ydolis. Primo feſtū angeloꝝ faciūt
humiles. Angeli enī tante ſunt humilita
tis ꝙ nobis tā abiectis miniſtrare dignā
tur. Hebre. j. Oēs ſunt adminiſtratorij
ſpūs ⁊c. Illi ḡ faciunt feſtū angeloꝝ qui
per humilitatē honorant deum Eccle. iij.
Magna potentia ſolius dei eſt ⁊ ab humi
libꝫ honorat̄. Econtra vero feſtū luciferi
faciunt ſuperbi Job. xlij. Ipſe eſt rex ſup
oēs filios ſuperbie. Secundo feſtū patri
archaꝝ faciunt miſericordes ⁊ pij Eccle.
xliij. Hij ſunt viri mīe quoꝝ pietates nō
defuerunt. Econtra feſtū mammone faci/
unt auari Math. vj. Non poteſtis deo ſer
uire ⁊ mām̄one. Tercio feſtum ꝓphetaruꝫ
faciunt deſpecti qui ad inſtar eoꝝ ſe deſpi
ciunt ꝓpter deū. Hebre. xj. Circuierunt in
melotis ⁊ in pellibꝫ ⁊c. Feſtuꝫ aūt beelphe
gor qui interpretat̄ deus veſtitus faciunt
vane glorioſi Ecci. xj. In veſtitu ne vane
glorieris vnq̄. Quarto feſtū apoſtolorū
faciunt fraternā ſalutem zelantes. Pſal.
In omnē terram exiuit ſonus eoꝝ ⁊ in fi
nes ⁊c. Econtra vero feſtū beelzebub qui
interpretat̄ deus muſcaꝝ faciunt detrahen
tes qui ad immunda .i. alioꝝ defectus ſp
volant aliq̄n melioribꝫ detrahentes. Ma
the. x. Si prēm familias beelzebub vocaue
runt q̄nto magis domeſticos eius. Quin
to feſtū martirꝫ faciunt patientes. de qui/
bus dr̄. Non murmur reſonat non queri/
monia ⁊c. Econtra vero martis qui eſt de
us belli faciunt iracundi ⁊ impatientes.
Jac. iiij. Litigatis ⁊ belligeratis ⁊c. Sex
to feſtum ꝯfeſſoꝝ faciunt abſtinentes .ij.
Coꝝ. vj. In fame ⁊ ſiti ⁊ ieiu. mult. ⁊c.
Econtra feſtum bel qui interpretat̄ deuo/
rator faciunt guloſi ⁊ epulis ſeruientes.
Danie. xiiij. Non tibi videtur bel deus vi
uens an non vides quanta cōmedat ⁊ bi
bat quotidie Philip. iij. Quorum deus
venter eſt. Septimo feſtum virginum fa
ciunt puri ⁊ ꝯtinentes. j. Theſſaloni. iiij.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sciat vnuſquiſqꝫ veſtꝝ vas ſuum poſſi
dere in ſanctificatione ⁊ honore. Econtra
feſtū aſmodei faciūt voluptatē ſectantes
Ille enī demon vt habet̄ Thobie. iij. odit
matrimonia ⁊ diligit adulteria. de talibꝫ
dꝛ Sap. ij. Nullum pratū ſit qđ non per
transeat luxuria noſtra. ¶ Scđa cauſa inſti
tutionis ſumit̄ a pte noſtre inſufficientie
Sancti eī ſunt quaſi infiniti. ⁊ qꝛ nō poſ/
ſemus omniū ſanctoꝝ feſtū ſpecialiter fa
cere hodie facimus cōiter. Unde dictū ē
Leuit. xxvi. Comedetis vetuſtiſſima ve/
teꝝ ⁊ nouis ſupuenientibꝫ vetera abijcie
tis. Vetuſtiſſima veteꝝ ſunt tres in trini/
tate pſone que principio carēt ⁊ fine. que
debemus comedere cum auiditate ⁊ deuo
tione reuerentiā exhibere vt ſibi p amorē
incorporari poſſim⁹. Vetera aūt ſunt pa/
tres veteris teſtamenti quos poſſumus
abijcere. i. ab eoꝝ feſtiuitatibꝫ abſtinere.
Noua vero ſunt patres noui teſtamenti
quos debemus p anni circulū recolligere
⁊ eis laudes impendere non tn̄ ſingulari
ter qꝛ ipſi quaſi infiniti ſunt. Sicut eniꝫ
dicit Iherō. i epiſtola ad helio. ⁊ Croma.
nullus dies eſt qui non vltra quinqꝫ mi/
lium martyꝝ reperiri poſſit aſſcriptus. exce
pto die kal. Ianuarij. Romani enī prece
perant ne tunc aliquis interficeret̄. tuꝫ qꝛ
erat prima dies anni. ideo deferre ſibi vo/
lebant. tum qꝛ iano qui erat primus rex
italie dedicata erat. tum qꝛ illa die multa
preſtigia exercebant. tum qꝛ tūc ſuos cō/
ſules pmutabant. ¶ Tercia ratio ſumit̄ a
pte noſtre negligētie. nos enim ſepe feſta
ſanctoꝝ negligēter egimus. aut ꝓpter hu
manam fragilitatem. aut ꝓpter ignoran/
tiam ⁊ obliuionem. aut ꝓpter negligētiaꝫ
⁊ remiſſiōꝫ. aut ꝓpter negocioꝝ ſeculariū
nimiam occupatōnē. Et iſta quatuor tan
git rabanus dicēs. Decretum eſt vt hac
die omniū ſanctorū memoria habeat̄. vt
quicquid humana fragilitas p ignoran/
tiam ſeu negligentiam ſeu occupatōnem
rei ſecularis in ſolennitatibus ſanctorum
minus pfecte pegiſſet in hac ſancta obſer
uatione ſoluat̄. ¶ Quarta ratio ſumitur a
pte noſtre indigentie. Nos enim ſanctoꝝ
ſuffragijs indigemus. ⁊ qꝛ hodie honora
mus omnes. omnes aduocatos habem⁹
Et qꝛ impoſſibile eſt orōnes multoꝝ non
exaudiri. impoſſibile erit eoꝝ preces a deo
nō admitti. Idō regina virginū hodie ab
oībꝫ ſanctis aſſociata incedit ⁊ p nobis
intercedit. ſicut in quadam viſione mon/
ſtratū erat. ps. Aſtitit regina a dex. tu. in
veſt. deau. circū. varie. Ipſam nāqꝫ aſſo/
ciant apoſtoli cum veſtibꝫ deauratis. mar
tyres cū veſtibꝫ purpureis. ꝯfeſſores cū
veſtibꝫ iacinctinis. virgines cum veſtibꝫ
candidis.

## ¶ Eodem die Sermo. ij.

ASſuerus quidē tercio anno im
perij ſui fecit grande ꝯuiuiū cūc/
tis principibꝫ ⁊ puetis ſuis for
tiſſimis pſarum ⁊ medoꝝ inclitis ⁊ pfec
tis ꝓuinciaꝝ Heſter. j. Aſſuerus qui in/
terpretat̄ btūs ſignificat xpm. qui ē glīa
⁊ beatitudo ſcōꝝ. Primus annus ipſius
fuit tēpus legis moſayce in qua fecit cō/
uiuiū valde puū. Secundus annus fuit
tēpus gratie in quo fecit ꝯuiuiū ſemiple
nū. Tercius annus eſt ſtatus glīe. in quo
fecit ꝯuiuiū plenū atqꝫ pfectū. Faciet āt
principibꝫ. i. patriarchis ⁊ ꝓphetis qui fu
erunt in dei acie primi duces. vel princi
bus. i. apoſtolis qui principantur in celo
mūdo ⁊ in inferno. ps. Principes ꝑpłoꝝ
ꝯgregati ſunt. Et pueris ſuis. i. virginibꝫ
a puritate dictis. ⁊ fortiſſimis perſarum.
id eſt martyribus. perſe eniꝫ interpretant̄
ſua latera diuidentes. quia martyres ha
buerunt ſua latera diuiſa. i. corpora lace/
rata ⁊ medoꝝ inclitis. id eſt confeſſoribꝫ.
medi enim interpretātur adequari. quia
adequauerunt magnitudinem fidei. ſpei.
caritatis ⁊ operationis. ⁊ fuerunt incliti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ſcientia vita ⁊ fama ac etiam prefectis
ꝓuinciaꝝ .i. angelis quoꝝ quidam princi
panꝰ ꝓuincijs. quidā locis. ⁊ quidā ſin/
gularibꝰ ꝑſonis Omnes ḡ iſti celeſtē glo ¶
riam ꝯſecuti ſunt ⁊ multiplici iure. Ange
li quidē per feudatariā poſſeſſionē. Q̄uis
eñ ſuam beatitudinē ⁊ ꝯfirmatōem meru
erunt ex eo ꝙ alijs ſuperbientibꝰ ad deū
totaliter ſint ꝯuerſi. nihilominus tñ tenē
tur ſeruare feudū ⁊ tributū ⁊ regi ⁊ fami/
lie regis. q᷑ tenenꝰ deo aſſiſtere ⁊ nobis mi
niſtrare Dani. vij. Milia miliū miniſtra
bant ei. ecce tributū familie regis. ⁊ deci/
es milies centena milia aſſiſtebant ei. ec/
ce tributum regis Iſtud aūt tributū nos
debemus ꝑſoluere. ſcꝫ de corꝑe mortifica
tōem. de aīa deuotam orōem. ⁊ de rebꝰ ad
pauꝑes liberalem largitōem ¶ Scdō pa/
triarche ⁊ ꝓphete ipſam aſſecuti ſunt ꝑ edi
ficatōem. Edificauerunt eñ ſibi celeſtem
manſionē de auro dilectionis diuine. de
argento dilectionis ꝓximi. ⁊ de lapidibꝰ
precioſis. i. de operibꝰ meritorijs De iſto
edificio aureo. argenteo ⁊ precioſo dr̄ pri.
Cor. iij. Si quis ſuꝑedificat ſuꝑ funda
mentū hoc auꝝ. argentum ⁊ lapides preci
oſos ⁊c̄. Elemoſina eñ dum datꝰ eſt qua/
ſi terra plumbū ⁊ ſaxum. Sed ibi ꝯuertiꝰ
terra in auꝝ. plumbū in argentum. ſaxū
in lapidē precioſum. Aug. ſuper ps̄. Lau
das mercatorē qui vendit plumbū ⁊ emit
auꝝ. ⁊ nō laudas illū qui erogat pecuniā
⁊ acquirit iuſticiā ¶ Tercio apl̄i ipſaꝫ aſſe
cuti ſunt per emptōem. Math. xix. Ecce
nos reliquimus oīa. ecce preciū. ⁊ infra.
centuplū accipietis ⁊ vi. eter. poſſe. ecce cō
paratū premiū. Debet autē emi ad inſtar
agri. theſauri. ⁊ margarite vt habetꝰ Ma/
the. xiij. Inſtar agri. q᷑ requirit aīm bene
cultum Sed de multis dr̄ illud Prouer.
xxiiij. Per agꝝ hoīs pigri tranſiui. ⁊ ecce
totū repleuerant vrtice ⁊c̄. Inſtar theſau/
ri. q᷑ requirit magnum deſiderium. Pro
uer. ij. Si queſieris eā quaſi pecuniā ⁊ ſꝫ
ſi theſauꝝ effoderis eam ⁊c̄. Inſtar mar/
garite. q᷑ requirit magnū ſtudium. Unde
dr̄ ibi Siīe eſt regnū celoꝝ hoī nego. que.
bo. margari. ⁊c̄ ¶ Quarto ipſam aſſecuti
ſunt martires ꝑ violentiam ⁊ direptōem.
Math. xj. Regnū celoꝝ vim patiꝰ ⁊ vio/
lenti rapiunt illud. Rapuerunt eñ de ma
nibꝰ dei regnū celoꝝ deſiderabilē theſauꝝ
⁊ vitā beatoꝝ De hijs tribꝰ dicit ambro.
Aggrediamur dñm. ⁊ more latronū ſuis
eum ſpoliari nitamur. cupimus ſibi aufer
re regnum. theſauꝝ ⁊ vitā. Sed ille tā di/
ues eſt vt nō abnuat nō reſiſtat. Aggredi/
amur eum inqꝫ nō fuſte. nō ferro. nō ſaxo
ſed māſuetudine. bonis operibꝰ ⁊ caſtita/
te ¶ Quinto aſſecuti ſunt eā ꝯfeſſores per
hereditariā ſucceſſionē. Fuerunt eñ pati
fici ⁊ iō filij dei. Math. v. Beati pacifici
qm̄ filij dei vocabunꝰ. ⁊ q᷑ filij. ideo here/
des dei. Ro. viij. Si filij ⁊ heredes ⁊c̄ De
iſta hereditate dr̄ in ps̄. Nouit dñs dies
immaculatoꝝ ⁊ hereditas eoꝝ ineternum
erit. Illam eñ hereditatē habebunt tm̄ le
gitimi ex immaculato thoro ꝓcreati Ideo
dr̄. Nouit dñs dies immaculatoꝝ. ⁊ erūt
in hereditate ꝑpetuo ꝯſeruandi. Idō ſub
ditur. Et hereditas eoꝝ ineternum erit. ⁊
erunt a principe in iudicio ⁊ in poſſeſſione
mittendi. quando ſcilꝫ mali cum ſua con
fuſione de iſta hereditate excludentur. Iō
dicitꝰ. Non confundentur in tempore ma
lo. Et erunt bonis omnibus ſaturandi.
ſcilicet quando mali fame moriuntur. I/
deo ſubditur. Et in diebus famis ſatura
bunꝰ. Mali autem ꝓpter crimen leſemaie
ſtatis erunt exheredandi. Ideo ſubditur.
Petōres peribunt ¶ Sexto aſſecuti ſunt
eam ꝟgines per gratuitam donationem.
Sunt enim ſponſe chriſti. ⁊ ad ſponſum
ſpectat ſue ſponſe omnia gratis dare. Iſa
ye. lxj. Dabo eis coronam pro cinere. ole/
um gaudij pro luctu. pallium laudis pro
ſpū meroris. Uirgines enim pre ceteris
ſanctis tres prerogatiuas habebunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Primo coronam aureolaꝫ ex eo ꝙ carnē ſuam mortificauerunt ⁊ quaſi vſqꝫ ad cinerem ꝯſumpſerūt. iō dicit Dabo eis coronam ꝓ cinere. Scdō habebunt celeſteꝫ melodiam quam ſole cantabunt ex eo ꝙ ꝓ abſentia ſponſi gemuerūt. iō dr̄. Oleū gaudij ꝓ luctu. Tercō hēbūt veſtē cādidā ex eo ꝙ nigram meroris induerunt. ideo ſubdit̄. Palliū laudis ꝓ ſpū meroris.

¶ Eodem die Sermo. iij.

Vocate cetum ꝯgregate populū ſanctificate eccleſiā. coadunate ſenes. ꝯgregate puulos ⁊ ſugentes ⁊c̄. vſqꝫ ibi. d̄ thalamo ſuo ⁊c̄. Johel ij. Sancta mater eccleſia ordines omniū ſanctoꝝ hodie ꝯgregat vt eis laudeꝫ impendat. qui in verbis premiſſis denotant̄ ¶ Primus eſt ordo trinitatis qui notat̄ cū dr̄ Egrediat̄ ſponſus ⁊c̄. ſponſus aūt eſt xp̄s. In nomine autē chriſti ſcdm̄ Aug. tota trinitas intelligit̄. nam cum xp̄s dr̄ intelligit̄ ⁊ vngens pater. ⁊ vnctus fili9 ⁊ ipſa vnctio ſpūſſcūs. Spūaliter auteꝫ xp̄s eſt ſponſus qui habet quadruplex cubile. ſ. patris ſinū. virginis vteꝝ ⁊ crucis patibulū ⁊ ipſum monumētū Egrediat̄ ergo ſponſus de iſto cubili ſuo vt aſſociet ſe pn̄ti ſolēnitati. De primo enim cubili egreſſus eſt ꝑ eternam originem Michee v. Egreſſus eius ab initio a diebꝫ eternitatis. De ſecūdo egreſſus eſt ꝑ tpalē generationem. ps. Ipſe tanqꝫ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo. De tercio egreſſus eſt ꝓpter noſtrā ſaluatōꝫ Abac. iij. Egreſſus es in ſalutem populi tui ⁊c̄. De quarto egreſſus eſt ꝑ glorioſam reſurrectioneꝫ Jhere. iiij. Aſcendit leo de cubili ſuo ⁊c̄. Ex his ergo quatuor trahit̄ quadruplex ratio quare iſte ſponſus ſit a nobis honorandus. ſ. q2 eſt rex noſter. frater noſter. iudex ⁊ glorificator noſter. Nam inquantū egreſſus d̄ ſinu pr̄is eſt rex noſter. inqꝫtū egreſſus eſt de vtero matris eſt frater noſter. inqꝫtum de patibulo eſt iudex noſter ⁊ inqꝫtum de monumento eſt glorificator noſter. De his quatuor legitur zacha. ix. Ecce rex tuus. quo ad primū. venit tibi. vt ſcꝫ carnem aſſumat quo ad ſecūdum. iuſtus quo ad terciuꝫ. ⁊ ſaluator quo ad quartū. ¶ Secūdus eſt ordo virginis qui notat̄ cum dr̄ Et ſponſa de thalamo ſuo. Virgo enī btā nō eſt in ordine trinitatis. q2 ibi nō ſunt niſi tres ꝑſone. nec in ordīe ſanctoꝝ angeloꝝ. ſed ſuper eos. ⁊ iō facit ordinē ꝑ ſe. Dicit̄ autē ſponſa q2 de9 matrimoniū ꝯtraxit cum ea qd̄ fuit inciatuꝫ ꝑ verba de futuro qn̄ dixit ei angel9 Ecce ꝯcipies ⁊ paries filiuꝫ ⁊c̄. Fuit ratificatū per verba de preſenti quando virgo rn̄dit Ecce ancilla domini. Et fuit ꝯſummatū qn̄ filius dei in thalamo virginali noſtrā naturam ſibi vniuit. In iſto matrimonio fuit bonū fidei q2 virginitatem illibatam virgo ſꝑ ſeruauit. Fuit bonū ꝓlis q2 dei filium de ſuis viſceribus generauit. Fuit bonū ſacramenti q2 nunqꝫ a filio ſuo diuiſa vel ſepata fuit. In iſto etiam matrimonio fuit ꝯiunctio animoꝝ ꝑ mutuam caritatem Canti. vi. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi. Fuit coniunctio corpoꝝ ꝑ nature vnitatem. quia caro chriſti eſt caro matris. Fuit indiuiſibilitas habitationis amboꝝ. quia ſicut in vita dilexerunt ſe. ita ⁊ in morte non ſunt ſeparati. Johan. xix. Stabat iuxta crucem ihū mater eius ⁊c̄. Iſta ſponſa habuit triplicem thalamum. ſcꝫ vterum ſpecioſum in quo habitauit diuina ſapiētia. Animum viſceroſum in quo habitauit vniuerſa eccleſia ⁊ locum glorioſum inhabitat ſublimata. Ex his ergo trahitur triplex ratio quare virgo beata ſit a nobis honoranda ſcꝫ q2 ſpōſa eterni regis. aduocata hūani generis. ⁊ regina totius curie celeſtis. nā inquantum in eius vtero habitauit ſapientia diuina facta eſt ſponſa regis. inqꝫtū in eius aīo viſceroſo habitauit vniuerſal̄ eccleſia facta eſt aduocata hūani generis

incętum in loco gloꝛioſo habitat ſublimia
ta facta ē regina curie celeſtis. De his tri
bus dr̄ Apo. xij. Mlr amicta ſole ⁊c̄. So
le quidē amicta fuit qn̄ dei filiū generauit
Et lunā ſub pedibꝰ hꝫ. qꝛ eccłam ſub de/
fenſione tenet. Duodecī ſtelle ſunt. ix. oꝛ/
dines angeloꝝ ⁊ tres hoīm. ſ. martires. cō
feſſoꝛes ⁊ v̓gines qui ſunt coꝛona eius qꝛ
oīm eſt regina ¶ Terciꝰ eſt oꝛdo angeloꝝ.
qui notat̄ cū dr̄. vocate cetum. vnde cāta
tur Cetus oēs angelici Iſte aūt cetus ſc̄m
dyo. triplex hꝫ officium ſcꝫ illuīandi. pur/
gandi ⁊ ꝑficiendi. ⁊ ex hijs trahit̄ triplex
ratio q̄re ſunt hōrandi ſcꝫ qꝛ ſunt noſtri il
luīatoꝛes. purgatoꝛes ⁊ perfectoꝛes. De
hijs tribꝰ regr̄atur deo ꝓpheta. d. In ↄſpe
ctu angeloꝝ pſallā tibi ⁊c̄. ⁊ ſubdit. Sup
mia tua qua ſcꝫ a pctō ſeu culpa me pur/
gas. ⁊ veritate tua q̄ ſcꝫ per ſapiam me il/
luſtras. qm̄ magnificaſti ſuper oē nomen
ſcm̄ tuum. i. qm̄ in tua gr̄a me magnifi/
cas. ꝑficis ⁊ ↄſummas ¶ Quartus ē oꝛdo
patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ qui notat̄ cum dr̄.
Coadunate ſenes qui dicunt̄ ſenes ꝓpter
reuerendā paternitatē qua nos genuerūt
in fide Thobi. viij. Filij quidē ſcōꝝ ſumꝰ
Propter ſenſus maturitatem Sap̄. viij
Cani ſunt ſenſus hoīs Propter ↄuerſati
onis grauitatē Ibidē Etas ſenectutis vi
ta immaculata. Ex hijs ḡ tribꝰ trahit̄ tri
plex rō quare a nobis ſunt honorādi. ſ. qꝛ
fuerunt genitoꝛes nr̄i in vera fide. maturi
in ſapia. ⁊ honeſti in vita. Eccī. xliiij. Lau
demus viros gl̄oſos ⁊ parentes noſtros.
In hoc enim ꝙ dicit viros notat̄ ſenſus
maturitas. In hoc ꝙ dicit gl̄ioſos notat̄
ↄuerſationis honeſtas. in hoc ꝙ dicit pa
rentes nr̄os notat̄ ipſoꝝ reuerenda pater
nitas ¶ Quintus eſt oꝛdo apl̄oꝝ qui nota
tur cū dr̄ Sc̄ificate. i. ſcām oſ̄dite ecclām
Sanctificatū aūt preſuppōit ſanctū Cō
gregatio igit̄ apoſtoloꝝ dr̄ eccla ſcā ⁊ ſc̄ifi
cata. Eccleſia qꝛ ipſaꝫ plantauerūt. j. Co
rin. iij. Ego plantaui. apollo rigauit eam

Sancta qꝛ vitam ſanctam habuerunt ter
rena ↄtempſerunt. ⁊ feneſtras ſenſuū cu/
ſtodierunt Iſa. xx. Qui ſunt iſti qui vt nu
bes volant ⁊c̄. Sanctificata. qꝛ in aduētu
ſpūſſancti ↄfirmati fuerunt. ps. Ego ↄfir
maui ⁊c̄. Ex hijs ḡ trahit̄ triplex rō quare
ſunt honoꝛandi qꝛ. ſ. in fide nos plantaue
runt ſuis doctrinis ⁊. infoꝛmauerūt ſuis ex
emplis. ⁊ coꝛroboꝛauerūt ſuis miraculis
Apo. iiij. De throno. i. de aplis in quibꝰ
deus ſedet, ꝓcedunt voces. ſ. predicationū
⁊ fulgura ſcꝫ lucidoꝝ exēploꝝ. ⁊ tonitrua
ſcꝫ terribiliū miraculoꝝ ¶ Sextus ē oꝛdo
martirꝝ qui notat̄ cū dr̄. Cōgregate popu
lum. Dicunt̄ enī populus a depopulādo.
qꝛ depopulati ſunt dyabolū. mundū ⁊ coꝛ
pus ꝓpriū. dyabolū in reſiſtendo Iac. iiij.
Reſiſtite dyabolo ⁊ fugiet a vobis. Mun
dum. i. ꝑſecutoꝛes mundi patiendo Pro
uer. xvj. Melioꝛ ē patiēs viro foꝛ ⁊c̄ Coꝛ
pus ꝓpriū feriendo. j. Coꝛ. ix. Caſtigo coꝛ
pus meū ⁊ in ſeruitutē ⁊c̄. Ex hijs ḡ tra/
hit̄ triplex rō quare ſunt a nobis honorā/
di. ſcꝫ qꝛ omnes hoſtes vicerunt triplici ge
nere victoꝛie. ſcꝫ per modum reſiſtendi. pa
tiendi ⁊ feriendi Hebre. xj. Sancti per fi
dem vicerunt regna. ⁊ ſubdit̄. Obturaue
runt oꝛa leonum. ecce victoꝛia ꝑ modum
reſiſtendi. lapidati ſunt ſecti ſunt ⁊c̄. ecce
victoꝛia per modum patiendi Circuierūt
in melotis ⁊ in pedibus caprinis ⁊c̄. ecce
victoꝛia per modum ſe feriendi ¶ Septi/
mus eſt oꝛdo ↄfeſſoꝝ qui notat̄ cum dici/
tur. Et ſugentes vbera. Ex vberibus tri/
plex liquoꝛ effunditur. ſicut lac. butirum.
⁊ ſanguis. Sancti itaqꝫ ex vberibus diui
ne pietatis ſuxerunt lac id eſt intelligenti
am diuine ſcripture Iſa. lx. Suget lac gē
tium ⁊c̄. Butirꝰ deuotionis interne. Iob
xxix. Quando lauabam pedes meos bu/
tiro Et ſanguinem. i. memoꝛiā paſſionis
diuine. ps. Vt intĩg. pes tu. in ſang. Ex
hijs ergo trahit̄ triplex rō quare ſunt a no
bis honoꝛandi. ſcꝫ quia fuerunt doctoꝛes

noſtri interceſſores noſtri ⁊ inflãmatores
noſtri. nam inq̃ztũ ſuxerũt lac ſacre ſcrip/
ture facti ſunt doctores noſtri. inq̃ztũ ſuxe
runt butyrũ deuotionis interne facti ſunt
interceſſores noſtri. inq̃ztum vo ſuxerunt
ſanguinẽ paſſionis dñice facti ſunt inflã/
matores noſtri. nam qꝛ erant inflammati
¶ iõ alios inflãmabant. Octauus eſt ordo
virginũ qui notat̃ cũ d꞉ Congregate par
uulos a puritate dictos Eſt nancȝ in eis
triplex puritas. que notat̃ Math. xxv.
in pabola de virginibꝫ. ſ. vaſis liquoris
ac lucis. Puritas vaſis eſt mũdicia cor/
poris. puritas liquoris ẽ mũdicia gratie
ſpũalis. puritas lucis eſt honeſtas ꝯuer/
ſationis. Ex his ergo trahit̃ triplex ratio
quare ſunt honorandi. ſ. qꝛ ſunt ſocij chri
ſti. templũ ſpũſancti ⁊ filij dei. Nã inq̃ztũ
habuerũt puritatẽ virginalis ſanctitatis
⁊ pudicicie facti ſunt ſocij xp̄i. Apo. xiiij.
Hi ſequũtur agnũ quocũqȝ ierit Inq̃ztũ
habuerũt puritatẽ ſpũalis mũdicie facti
ſunt templũ ſpũſancti. j. Cor. vi. Neſci
tis qꝛ templũ dei eſtis. Inq̃ztũ habuerũt
puritatem cõuerſatõis ſancte facti ſunt
filij dei. Vñ poſtqȝ dñs dixit. Sic luceat
lux veſtra coram hominibꝫ ⁊c. ſubdit. Et
glorificent patrẽ veſtꝝ qui in celis eſt. De
his tribꝫ d꞉ Apoc. iiij. Hi enĩ empti ſunt
ab omnibꝫ primicie deo ⁊ agno. ecce quia
ſunt ſocij xp̄i. Et in ore ipſoꝝ nõ eſt inuen
tum mẽdaciũ. ecce qꝛ ſunt filij dei. Sicut
enĩ diabolus eſt pater mendacij. ita deus
eſt pater veritatis. Sine macula ſunt añ
thronũ dei. ecce qꝛ ſunt templũ ſpũſcĩ

¶ De eiſdem Sermo. iiij.

Beati qui habitant in domo tuã
dñe in ſecula ſeculorũ laudabũt
te. ps. Oẽs homĩes naturaliter
appetunt beatitudinẽ. ſed circa ipſam bea
titudinem diuerſi diuerſimode errauerũt
Quidã circa beatitudinis ſubiectũ quoꝝ
quidã dixerũt ſubiectuȝ beatitudinis eſſe
ſolum ipſam animã. ſicut ſtoici qui poſue
runt beatitudinẽ in ſola animi virtute cõ
ſiſtere. Alij in ſolo corpe ſicut epicurii qui
poſuerunt beatitudinem eſſe in voluptate
carnis. Sed ꝓpheta q̃ztũ ad ſubiectũ bea
titudinis dicit ꝙ totus hõ in aĩa. ſcȝ ⁊ in
corpe ſit beat⁹. iõ dicit Beati qui habitãt
Si enĩ ꝯſiſteret in ſola aĩa vel in ſolo cor
pore tũc dixiſſet. beate aĩe vel beata corpa
Alij vero errauerunt circa beatitudĩs locũ
ponentes beatitudinẽ tm̃ in hoc mundo. ſ.
in diuitijs delicijs ⁊ honoribꝫ. Sȝ ꝓpheta
dicit de loco In domo tua dñe. Alij erra/
uerunt circa beatitudĩs duratõȝ dicentes
animã beatitudinẽ ꝯſequi. ſed tamẽ poſt
multoꝝ annoꝝ curricula anime iteruȝ ad
corpus reuertent̃ ⁊ miſerijs mundi iteꝝ
ſubijcient̃. Et ĩ iſtũ errorẽ incidit origeñ.
Sed ꝓpheta dicit de duratione. in ſecula
ſeculoꝝ. Alij errauerunt circa beatitudĩs
occupatõnẽ ſicut iudei ⁊ ſaraceni qui di/
cunt beatos vacare cibis ⁊ potibꝫ ⁊ femi/
naꝝ ꝯiunctõibꝫ. ſed ꝓpheta dicit de occu/
patõe eoꝝ Laudabunt te. ¶ Ex his ergo
oñdit̃ ꝙ ꝓpheta q̃ztuȝ ad quatuor deſcri/
bit beatitudinẽ. Primo q̃ztũ ad beatitudĩs
ſubiectum cum d꞉ beati. Totus enĩ hõ ⁊
in corpe ⁊ in anima beatus erit. Corpus
nãqȝ in p̃nti quadruplicẽ hꝫ defectũ. Eſt
eĩ mortale obſcuꝝ ponderoſum ⁊ groſſuȝ.
Et q̃ztum ad hos quatuor defectus glori
ficabit̃ ⁊ quatuor dotibꝫ veſtiet̃. ⁊ hoc in/
ſinuat apl̃s dicẽs. j. Cor. xv. Seminat̃
cor ⁊c. Tota enĩ paſſibilitas trãſibit in im
mortalitatẽ. iõ dicit Seminat̃ in corrup
tõne ſurget in incorruptõe. Tota obſcuri
tas trãſibit in claritatẽ. iõ ſubdit̃. Semi
nat̃ in ignobilitate ſurget in gloria. Tota
ponderoſitas tranſibit in agilitatem. idõ
ſubdit̃ Seminat̃ in infirmitate ſurget in
virtute. Tota groſſicies tranſibit in ſubli
mitatem. ideo ſubdit̃ Seminat̃ corpus
animale ſurget ſpũale. Anima ſiliter bea/
tificat̃ q̃ztũ ad intellectiuã. affectiuam ⁊
appetitiuã. Intellectiua ſiqdẽ delectabit̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dei veritate. Scientia aūt noſtra in preſen
ti habet triplicē defectū Eſt eñ obſcura. j.
Cor. xiij. Uidemus nunc p ſpeculum in
enigmate Eſt imꝑfecta. Ibidē. Nunc co-
gnoſco ex pte Et a ſenſibilibꝫ accepta. I
bidē Cū eſſem puulus loquebar vt puu-
lus ꝛc. Tunc aūt ſcīa noſtra erit clara Ibi
dem. Tunc aūt facie ad faciē. Erit pfecta
Idō infert. Tunc aūt cognoſcā ſicut ꝛ cog
nitus ſum Erit ab ipſo deo infuſa. idō ſub-
iungit. Qñ aūt factus ſum vir euacuaui
q erant puuli. Affectiua nr̄a delectabitur
in dei bonitate. Triplicē namqꝫ defectum
hñt bonitates q ſunt in creaturis. Sunt
eñ accñtales ideo ſepe eis ſpoliant̄ Sūt
pticulares. qꝛ nulla creatura eſt q habeat
oēs bonitates. ſed ſunt in eis ſpſe ꝛ diui
ſe Sunt etiā mixte. qꝛ nullā hñt puram
bonitatē. ideo affectus noſter delectari nō
pt in creaturaꝝ bonitatibꝫ ſic accñtalibꝫ.
ſic pticularibꝫ ꝛ ſic mixtis. In deo aūt eſt
bonitas eſſentialis. ideo dr̄ Math. x. Ne
mo bonus niſi ſolus deus. Uniuerſalis.
Sap. vij. Uenerūt aūt mihi oīa bona pa
riter cū illa ꝛc Pura. Aug⁹. Quanta ibi
erit felicitas vbi nullū erit malum. nulluꝫ
latebit bonū. Appetitiua delectabit̄ in dei
ſocietate Si eñ aliquis valde ſitiēs gut
tas lābit nō ſatiat̄ ſed ſitis magis auget̄
Si calix menſuratus ſibi ꝓpinat̄ ſemple
ne ſatiat̄. ſed ſi in fonte ponit̄ pfecte ſatia
tur. Pctōres eñ in creaturis quaſdā de-
lectatōes lambunt. ps. Inimici eius ter
ram lingent. idō non ſatiant̄ ſed miſerabili
fame torquent̄ ps. Famē patient̄ vt ca
nes Boni aūt in pñti diuinas delectatio
nes recipiunt ſed menſurate. ideo appeti-
tus eoꝝ non pfecte quietat̄ Ephe. iiij. U
nicuiqꝫ veſtꝝ data eſt grā ſm menſurā do
nationis xpi. Beati aūt ſunt in fonte dei.
ideo nō pñt ſitire. Apoc. vlt. Agnus q in
medio throni ē de. eos ad vi. fon. aq̄. Be
ati etiā ſunt in cenaculo dei. ideo non pñt
eſurire. ps. Satiabor cū apparuerit glo-
ria tua Sunt in theſauris dei. ideo nō pñt
penuriā ſuſtinere Eccl. xv. Iocūditatē ꝛ
exultatōem theſauriſauit ſuper eū. Sunt
in plenitudine gaudioꝝ dei. ideo non pñt
aliquid triſte ſentire Math. xxv. Intra in
gaudium dñi tui ¶ Secundo deſcribit be
atitudinem qꝫtum ad locuꝫ cum dicit. in
domo tua. Tunc autē domus eſt pulchra
qñ eſt bene ordinata. De ordinatōe auteꝫ
domus dei dr̄ Iſa. liiij. Ego enim ſternā
per ordinem lapides tuos. ꝛ fundabo te
in ſaphiris. ꝛ ponam iaſpidem ꝓpugnacu
la tua. ꝛ portas tuas in lapides ſculptos
ꝛ omnes terminos tuos in lapides deſi-
derabiles Per lapides enim ordiate ſtra
tos intelligunt̄ patriarche ꝛ ꝓphete qui fu
erunt ordinati quantum ad deum per vir
tutem contemplationis. quantum ad ſe-
ipſos ꝛ per pulchritudinem actionis. qñ
tum ad proximos per reformationem pa
cis. De hijs tribus dicit̄ Eccleſ. xliiij.
Homines diuites in virtute pulchritudi
nis ſtudium habentes pacificantes in do
mibus ſuis. Per lapides deſiderabiles
intelligunt̄ apoſtoli. a quibus gloria dei
magna relucet. ꝛ ideo ad videndum ſunt
magis deſiderabiles. Per lapides ſculp
tos intelligunt̄ martires qui diuerſis vul
neribus ſunt ſculpti ꝛ vulnerati. Per iaſ
pidem qui eſt viridis coloris intelligun
tur confeſſores qui fuerunt virides in cō
ſcientia ꝛ in vita. Per ſaphiros qui ſunt
celeſtis coloris intelligunt̄ virgines que
vitam celeſtem ꝛ angelicam habuerunt.
¶ Tercio deſcribit beatitudinem quantuꝫ
ad eternam durationem cum dicit In ſe
cula ſeculorum laudabunt te. Quatuor
namqꝫ de cauſis poteſt quis perdere poſ-
ſeſſionem domus quam inhabitat. aut qꝛ
illa domus fuit ad tempus ꝯducta aut qꝛ
ab hoſtibꝫ eſt ablata. aut quia ruine vide-
bat̄ expoſita. aut qꝛ eſt creditoribꝫ aſſigna
ta. Nullo iſtoꝝ modoꝝ habitationem do
mus celeſtis ſancti amittent. Ideo dicit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iſaye.xxxij. Sedebit populus meus in
pulchritudine pacis. ⁊ in tabernaculis fi
ducie ⁊ in requie opulenta. Non eñ amit-
tent tanq̃ habitatores aducticij. qꝛ erūt
habitatores veri vtpote peculiaris pp̄li dī
ido dr̄. Sedebit populus meus. nec tāq̃
ab hoſtib⁹ expulſi. qꝛ ipſos hoſtes ſubiu-
garunt. ideo dr̄ In pulchritudine pacis.
Illa eñ eſt pulchra pax que fit hoſtibus
ſup̱atis. nec tāq̃ a ruina domus deterriti
qꝛ illa domus erit perpetua ⁊ ſecura. ideo
ſubdit In cenaculis fiducie. nec tanq̃ de
paup̱ati ſeu indigentes. qꝛ omnes erunt
diuites ⁊ opulenti. ideo ſubiungit In re
quie opulenta. Quarto deſcribit beatitu-
dinem q̃ntum ad occupatōnem. cũ dicit.
Laudabunt te. Diſtinguit autem Aug.
in ſecūdo lib. de doctrina chriſtiana. tripli
cem ſonum qui fit in cantilenis. Unus ē
qui fit in voce ſicut in illis qui faucib⁹ ca
nunt. Alius qui fit in flatu ſicut ē ſonus
tubarꝫ ⁊ organorꝫ. Alius qui fit in pulſu
ſicut in citharis ⁊ tympanis. Iſto triplici
genere armonie ſancti deū laudabunt. Ar
moniam ſiquidem cum voce faciunt. ps.
Iuuenes ⁊ vgies ſenes cū iunioꝛib⁹ lau
dent nomen domini. Armoniā cum flatu
faciūt angeli qui flatu ſpiritusſancti ſunt
pleni Ezechiel. j. Ubi erat impetus ſpūs
illic gradiebant. In dei iubilatōne ꝓrum
punt Pſal. Laudate eum omnes angeli
eius. Armoniam vero cū pulſu facit de⁹.
patriarche ſiquidem habent cordam ſuā
apoſtoli ſuam. ⁊ ſic de alijs. Tanget igit
deus cordam patriarcharꝫ ⁊ dulcem ſonū
faciet. cordam ꝓphetarꝫ ⁊ dulcem ſonum
faciet. ⁊ ſic p̱ ordinem. Tanget autē diſſi
militer vt cōcordem faciat melodiam. qꝛ
in diſpari claritate erit pax ⁊ gaudiū. ps.
Laudate eum ſol ⁊ luna. laudate eū oēs
ſtelle ⁊ lumē. Per ſolem intelligunt ſan-
cti ſup̱iores. per lunam mediocres. p̱ ſtel
las inferiores. Corda igitur ſup̱iorꝫ cum
tangit facit quaſi vocem octauam. corda
mediorꝫ facit vocem quintam. corda vo
inferiorꝫ facit vocem inferiorem ⁊ plenam
Tanget etiam cordam beate virginis. et
ſuper omnes illa dulciorem ſonum faciet
⁊ vocem altiorem emittet. Propter iſtā
triplicem melodiam dicit Iſai. lj. Gau-
dium ꝓpter marmoniam flatus. ac leticia
inuenietur in ea. propter armoniā pulſus
gratiarū actio ⁊ vox laudis propter armo
niam vocis.

De eiſdem Sermo. v.

Rex meus ⁊ deus me⁹. beati qui
habitant in domo tua domine. in
ſecula ſeculorum laudubunt te.
Pſal. Quatuor ſunt que domū reddunt
amenam ſcꝫ domini liberalitas conſorcij
nobilitas. loci amenitas ⁊ gaudij immē
ſitas. Ab his quatuor domum celeſtem
commēdat. Primo a liberalitate domini
cum dicit Rex meus ⁊ deus meus. Licꝫ
enim ſit rex ⁊ deus. eſt tamen noſter. quia
ſe ⁊ ſua nobis dedit. Liberalitas aūt eius
apparet. quia omēs p̱egrinos facit ciues
facit ꝑpetuos habitatores. facit domeſti-
cos ⁊ heredes. Iſta tria tangit apoſtolus
Ephe. ij. Iam non eſtis hoſpites ⁊ adue-
ne ſed eſtis ciues ſanctorū ⁊ cetera. Ecce
quia p̱egrinos facit ciues. ⁊ domeſtici dī
Ecce quia facit eius domeſticos heredes
Sup̱ edificati ſup̱ fundamentum apoſto
lorum ꝓphetarum ⁊ cetera. Ecce quia fa-
cit eos lapides viuos. i. eternos habita-
tores. De his autē tribus facit deus pu-
blicum inſtrumentum. de quo dicit Apo
cal. tercio capi. Scribam ſup̱ eum nomē
domini dei mei. id eſt ſcd̄m gloſam. Hoc
nomen quod eſt eternum ⁊ nomen ciuita
tis noue Iheruſalem. id eſt ſcd̄m Gloſ.
nomen habebit a ciuitate ſcilicet ciuis. et
nomen meum nouum quod eſt filius dei
Hec igitur tria nomina ſcilicꝫ ciuis. eter
nus ⁊ filius. in frōtibus ſcripta habebūt
vt dicit Apocalyp. decimoquarto capi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Habentes nomen eius . ⁊ nomen patris ſcriptum in frontibꝫ ſuis. ⁊ ſic habebit inſtrumentum de ſua ciuilitate.eternitate.⁊ filiatione ¶ Secundo ꝯmendatur a nobilitate ꝯſortiȷ̃ cum dicitur.beati. Erunt enī omnes beati quantum ad omnes ſenſus Viſus ſiquidem beatificatꝰ in dei viſione. Sed notandū ꝙ color niger viſum ꝯgregat.color albꝰ viſum diſgregat.color viridis delectat qui eſt medius inter album ⁊ nigrum. Iſte triplex color in chriſto ꝯſideratur. Niger fuit eius humanitas in paſſione denigrata. Apoca.vj. Sol factus ē niger tanꝗ ſaccus cilicinus. ⁊ iſte color niger debet cogitatus noſtros ꝯgregare. qꝛ ſi tanta paſſus eſt innocens ⁊ ſanctus. quid tunc faciet peccator malus ⁊ iniuſt? Color albus eſt ſua diuinitas que premimia ſua claritate oculos mētis diſgregat j.Thimo.vj. Lucem habitat inacceſſibilem. Coniunctus eſt igitꝰ color albꝰ diuinitatis in chriſto colori nigro humanitatis ⁊ factus eſt totus viridis ⁊ delectabilis ad videndum. Unde chriſtus ſeipſuꝫ vocat viridem dicens Luce.xxiij. Si in viridi ligno hoc faciunt ⁊c. Auditus beatificatꝰ quātum ad dei dulciſſimā allocutionem. Cant.ij. Sonet vox tua in auribus meis ⁊c. vox etenim tua dulcis quātum ad angeloꝝ iubilationem. Job.xxxviij. Ubi eras cum me laudarent aſtra matutina ⁊c Quantum ad perpetuam hominū laudationem Iſa.lj. Gaudiū ⁊ leticia inuenietur in ea ac gratiarumactio ⁊ vox laudis. Olfactus beatificabitꝰ odorando roſam.i. carnem xp̄i mundiſſimam. Eccl.l. Quaſi flos roſaꝝ in diebꝫ vernis. odorando balſamum.i.diuinitatem ſuauiſſimā Eccle. xxiiij. Quaſi balſamū non mixtum odor meus. Odorando aīam omnibꝫ vnguentis pleniſſimā. Cantico.j. Curremus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Guſtus beatificatur in plena dei delectatione quam ſentiet ex carne dei dulciſſiā. Job.xxxj. Quis det de carnibꝫ eius vt ſaturemur. Ex anima dulciſſima. Eccl.xxiiij. Sp̄us meus ſup mel dulcis ⁊ ex diuinitate oīm ſaporꝫ pleniſſima Sap.xvj. Panē de celo preſtitiſti eis omne delectamentū in ſe habentē ⁊c. Tactus beatificatꝰ tangendo perſonam xp̄i. Si enī tanta virtus erat in tangendo fimbriam eius quāta ſuauitas erit tangere ꝑſonam eius. Cant.ij. Dextera eius amplexabitꝰ me. In oſculando. Si enī tanta ſuauitas fuit oſculari pedes chriſti quāta erit oſculari a diuinitate xp̄i. Cantic.viij. Quis mihi det te fratrem meū vt inueniam te foris ⁊ deoſculer ¶ Tercio ꝯmendatur domus dei ab amenitate loci cum dr̄. In domo tua. Que amenitas conſiſtit in duobꝫ. Eſt enim magna ⁊ bene diſpoſita De magnitudine eius dr̄ Baruch.iij. O iſrahel quā magna eſt domus dei ⁊c. Eſt enī longa ſine fine. ideo dr̄ magna ⁊ non hn̄s finem. eſt alta ſine modo. ideo dr̄ excelſa. Eſt ampla ſine menſura. ideo dr̄ immenſa. Erit igitꝰ ſic longa ꝙ oculus non poterit attingere. ſic alta ꝙ auris non poterit audire. ſic ampla ꝙ cor non ſufficiat cogitare. j.Coꝝ.ij. Quod oculus non vidit nec auris audiuit ⁊c. Eſt ordinata ad inſtar domus regalis. Multas enim in ea deus fecit manſiones Johan.xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt ſcꝫ oratorium. atrium. cellarium. ꝯſiſtorium cenaculum. viridariū ⁊ cubiculū. In oratorio ſunt angeli dei laudem ꝯtinue cantātes ⁊ dicētes Sanctus ſanctus ſanctus ⁊c In atrio ſunt patriarche pauꝑes ſuſtētantes Eſt enim atriū locus in quo pauperes recipiuntꝰ Et qꝛ in hac vita receperūt pauꝑes elemoſinis ſuis. ideo ſcī tūc eos recipient in atrijs ſuis Lu.xvj. Facite vobis aīcos de māmona iniq̄tatis In cellario ſunt ꝓphete aduentū xp̄i ardēſſime ſitiētes De hoc ſcribitꝰ yſa.lxiiij. Utinā diſrumpes celos ⁊ dn̄deres Et qꝛ ſic fuerūt ſitientes iō pleniſſiē ſunt bibētes Cāti.ij.

Introduxit me rex in cellam vinariã ⁊c. In conſiſtorio vero vbi cauſe audiunt̃ ⁊ ſententie ꝓferunt̃ ponunt̃ apoſtoli. Mathei. xix. Sedebitis ſup ſedes iudicãtes ⁊c. In cenaculo ponunt̃ martyres. q₂ fuerunt tribulati afflicti. fame ⁊ ſiti affecti. ideo nunc pleniſſime ſaturant̃. Luc. xxij. Edatis ⁊ bibatis ſup menſam meã ⁊c. In viridario vero ponunt̃ ꝯfeſſores qui ſunt viridariũ dĩ. in quibꝫ ſunt roſa paciẽ liliũ hũilitatis ⁊ mũdicie viola. In cubiculo ãt ponũt̃ virgines tãq̃ ſponſe. Heſ. ij. ca. Ducta eſt heſter in cubiculum regis Virgo autem glorioſa beata maria nõ eſt in aliquo iſtoꝝ locoꝝ determinate ſed mõ ſtat cum angelis in oratorio. modo cum patriarchis ĩ atrio. modo cum ꝓphetis in cellario. ¶ Quarto ꝯmendat̃ domus celeſtis ab immenſitate gaudij. ⁊ hoc tãgit̃ cum dicit̃ In ſecula ſeculoꝝ laudabũt te Sed nunquid corporibꝫ reaſſumptis ibi erit laus vocalis. Dicendũ eſt ꝙ lingua homini data eſt ad quadruplex officium. Primo ad notificandum ꝯceptũ cordiũ Au. ĩ enchiridion. Verba ꝓpterea ſunt inſtituta non vt ꝑ ea homines ſeinuicẽ fallant. ſed vt ꝑ ea in alterius quiſq̃ noticiã cogitationes ſuas ꝓferat. Quantum ad iſtud officiũ non erit ibi lingua. q₂ corda erũt manifeſta. j. Coꝝ. iiij. Manifeſtabit conſilia cordium. Scd̃o ad erudiendum Iſa. l. Dominus dedit mihi linguã eruditam vt ſciam ſuſtentare eũ qui lapſus eſt verbo. nec q̃ñtũ ad iſtud erit ibi lingua q₂ omnes erunt ſapientes ⁊ docti Iere. xxxi. Non docebit vir ꝓximũ ſuũ. Tercĩo ad ꝯſolandum. Eccle. xl. Tybie ⁊ pſalteriũm ſuauem faciunt melodiã. ⁊ ſuper vtrũq̃ lingua ſuauis. nec etiam q̃ñtum ad iſtud erit ibi lingua. q₂ omnes erunt conſolati. Iſa. xxxv. Gaudium ⁊ leticiã obtinebunt fugiet dolor ⁊ gemitus. Quarto ad deum laudandum. Eccle. lj. ca. Dedit mihi dñs linguam mercedem meam ⁊ in ipſa laudabo eum. Et quantum ad iſtud officium ibi remanebit lingua. Vñ̃ dicit Remigius ꝙ tũc omnis lingua ceſſabit ⁊ ſola lingua hebrea que fuit lingua ade tunc remanebit. Aug. Vocabimus ⁊ videbimus. videbimus ⁊ amabimus. amabimus ⁊ laudabimus. Ecce quid erit in fine ſine fine. Idem. Ipſe deus erit finis omniũ deſiderioꝝ noſtroꝝ qui ſine fine videbit̃. ſine faſtidio amabit̃. ſine fatigatõe laudabit̃. Si quis amicũ libenter videt. aliquando ipſa ſua viſio finit̃. ideo dicit̃ ſine fine videbit̃. Si quis aliquẽ amat. aliquando ipſe ſuus amor in faſtidiũ vertit̃. ideo dicit̃. ſine faſtidio amabitur. Si quis ſemꝑ cantaret aliquando fatigaret̃ ideo ſubdit̃. ſine fatigatõne laudabit̃.

¶ De eodem Sermo. vj.

Beati paupes ſpũ qm̃ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ ⁊c. Math. v. In iſto euangelio ponuntur ſeptem beatitudines ⁊ ſeptem ꝓmiſſiones correſpondentes que ſeptem ſanctoꝝ ordinibꝫ adaptant̃. ¶ Prima beatitudo ẽ. beati pauperes ſpũ. Et iſta ꝯuenit ordini apoſtolorum. q₂ ipſi primi fuerũt qui ꝓpter chriſtũ omnia ꝯtempſerũt. Iſta aũt paupꝑtas vt ſit meritoria debet habere tria que tãgunt̃ in gloſa. ⁊ eliciunt̃ ex textu. vt ſcꝫ terrena deſpiciat. ideo dr̃ Beati paupes. ſcilꝫ vt recta intentõne hoc faciat. ideo dicit̃. ſpũ i. ſpũali intentione. vt celeſtia cõcupiſcat ideo dr̃. quoniam ipſoꝝ eſt regnũ celorũ. Iſta paupꝑtas etiam in apoſtolis fuit meritoria quando non fuit coacta ſed ſpontanea non ſimulata. ſed vera. Bern. Cũ tria ſint genera paupꝑtatis. ſ. neceſſaria voluntaria ⁊ ſimulata. recte diuidẽs ⁊ recte offerens. reiecta ſimulatione neceſſariã paciens ⁊ voluntariam amplectens pauper efficit̃ ſpũ. Huic beatitudini addit̃ ꝓmiſſio cum dicit̃ Quoniam ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. tales enim paupes hñt mundum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ad dominandum .ij. Coꝝ.vj. Tanq̄ ni-
hil habentes ⁊ omnia poſſidentes. Habēt
deum ad hereditandū. Numeri.xviij. In
terra eoꝝ nihil poſſidebitis. ego ps ⁊ here
ditas tua. Habent celum ad largiendum
Lu.xvj. Facite vobis amicos de mām̄o-
na iniquitatis ⁊c̄. Habent etiam regnum
ad poſſidendū Lu.xij. Nolite timere pu-
ſillus grex qm̄ placuit patri veſtro dare vo
bis regnū. ⁊ ideo dicit. Ipſoꝝ eſt. nō erit
regnū celoꝝ. q2 iam habent ipſum in certa
ſpe. Ro.viij. Spe ſalui facti ſumus. Ta
les aūt nō ſunt paupes ſed valde diuites
Tres eñ ſunt ſpecies hoim̄ qui q̄uis ni-
hil habeant in re. habent tñ multa in ſpe.
ſ3 qui ad magnam dignitatē electi ſunt.
qui in loco tuto aliquem theſauꝝ repoſue
runt. ⁊ qui ſunt heredes principū. Tales
ſunt paupes xp̄i Jaco.ij. Nōne deus ele
git paupes in hoc mundo. ecce q2 ſunt ad
celeſtē dignitatē electi. diuites in fide. ec
ce q2 theſauri eoꝝ ſunt in tuto repoſiti Di
uitie namq3 ſpūales a nullo pñt auferri.
⁊ heredes regni qđ repromiſit deus diligē
tibꝰ ſe. ecce q2 ſunt heredes regni dei futu
ri ¶ Secunda eſt. Beati mites. ⁊ cōuenit
angelis qui alijs ſuperbientibꝰ deo humi
liter adheſerūt. ⁊ qui nobis etiā ex humi-
litate ſeruire dignant̄ Illi aūt ſunt mites
qui nō ſunt ad iniurias impatientes. qđ
tribꝰ modis fieri poteſt. aut qñ quis mo-
uet̄ plus q̄3 debeat. aut cū oīno non debeat
Seneca in li. de ir. Quedā nos torquent
magis q̄3 debeant. aut prius q̄3 debeāt. aut
cum oīno nō debeant. ſicq3 aut augemus
dolorē. aut preoccupamus aut fingimus
Huic beatitudini addit̄ pmiſſio cum dr̄.
qm̄ ipſi poſſidebunt terrā. ſ3 viuentiū. vel
terram. i. corpus ſuum terrenū poſſidebūt
glorificatū. Ber. Habitet glā in terra nr̄a
.i. in corpe noſtro qđ ex quatuor elemētis
ꝯſtat eſſe ꝯpactum. poſtea ſubdit. Habe-
at ḡ corpus ex terra immortalitatē. ex aq̄
impaſſibilitatē. ex aere leuitatem. ex igne
pulchritudinem ⁊ claritatem ¶ Tercia eſt
Beati qui lugent. ⁊ iſta beatitudo ꝯuenit
martiribꝰ quibꝰ dictū eſt Johan.xvj. A-
men dico vobis. q2 plorabitis ⁊ flebitis
vos. Felices ſanctoꝝ lacrime que hñt de
um inebriare Iſa.liij. ſm aliā lrām. Adi
pe lacrimaꝝ tuaꝝ inebriaſti me. Habēt eti
am deū pungere ad ſubueniendum. ſicut
equus calcaribꝰ pungit̄ ad currendū. vn
de dicit glo. ſup thobi. Orō deum vngit.
lacrima pungit. Habent deū cogere ⁊ vin
cere Ozee.xij. Inualuit ad angelū ⁊ ꝯfor
tatus eſt. fleuit ⁊ rogauit eū. Augꝰ. Orō
deum lenit. lacrima cogit Habent animū
clarificare. Greg. Mens lacrimis bapti
ſata videt in ꝯtemplatione limpidius La
crime etiā habent dyabolum ſubmergere
⁊ necare. ps. Contribulaſti capita draco
nū in aquis. Huic beatitudini additur p
miſſio cū ſubdit̄. qm̄ ipſi ꝯſolabunt̄. ⁊ eti
am riſu ppetuo replebunt̄. Lu.vj. Beati
qui fletis qm̄ ridebitis. In celo quidē eſt
riſus plenus Job.viij. Donec impleat̄ ri
ſu os tuum. In mundo aūt eſt riſus ſemi
plenus Prouer.xiiij. Riſus dolore miſ-
cebit̄ In inferno aūt non erit riſus ſed ibi
erit irriſio Irridebunt̄ ſiquidē ipſi damna
ti a deo. ps Qui habitat in celis irridebit
eos. Irridebunt̄ ab angelis qui fuerūt eo
ruz amici Ecci.xx. Fatuo nō erit amicus.
Irridebunt̄ a demonibꝰ Treno.j. Vide-
runt eā hoſtes ⁊ deriſerunt ſabbata. Irride
bunt̄ a damnatis etiā a parentibꝰ ⁊ ꝯgna
tis Thob.ij. Parentes ⁊ cognati irride-
bant vitam eius. Irridebunt̄ mutuo a ſe
metipſis Iſa.xiiij. Et tu vulneratus es ſi
cut ⁊ nos noſtriq3 ſimilis es effectus ¶
Quarta eſt Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iu-
ſticiā Et iſta beatitudo ꝯuenit pphetis qui
vehementer eſuriebant ⁊ ſitiebant aduen
tum iuſti dicentes Iſai.xlv. Rorate celi
deſuper ⁊ nubes pluant iuſtum. Iſtam iu
ſticiam ⁊ nos habere debemus. Eſt autē
iuſticia ſicut dicit gloſa ibidem. vnicuiq3



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tam ſupiori q̃z inferiori aut equali ius ſu
um reddere. Bern̄. Red de prelato reuerē
tiam ⁊ obedientiam quaꝝ altera cordis.
altera vero corpis eſt. Exigit a te ſubdit⁹
cuſtodiam ⁊ diſciplinā. cuſtodiā vt poſſit
cauere peccatū. diſciplinā. vt malum non
remaneat impunitū. Equali debes ꝯſiliū
⁊ auxiliū. ꝯſilium quo erudiat̃ ignorātia
Auxilium quo iuuet̃ infirmitas humana
Huic beatitudini addit̃ pmiſſio cum d̄r
Qm̄ ipſi ſaturabunt̃. De quoꝝ eſurie et
ſaturitate dicit Bern̄. Cor meū ꝯturbatū
ē in me. ⁊ inde dolor Et dereliquit me vir
tus mea. inde pauor. Et lumen oculoꝝ
meoꝝ ⁊ ipſum non eſt mecum. inde error
Verūtn̄. Quare triſtis es anima. ſpera in
dn̄o qm̄ adhuc ꝯfitebor illi. Qm̄ a ratiōe
error. a voluntate dolor. a memoria timor
omnis receſſerit ⁊ ſucceſſerit illa quā ſpe
ramus mira claritas plena ſuauitas ⁊ e/
terna ſecuritas. Idem. Qui replet in bo
nis deſideriū anime ipſe rōni futurus eſt
plenitudo lucis. voluntati plenitudo pa/
cis. mēorie ꝯtinuatio eternitatis. Quin/
ta. beati miſericordes ⁊ ꝯuenit patriachiſ
qui opib⁹ miſericordie inſiſtebāt nō tm̄
corpalib⁹ ſed etiam ſpūalib⁹. De corpa/
lib⁹ opibus miſcōie d̄r. Viſito poto cibo
tectū do veſtio condo. Sed de ſpūalibus
d̄r. Conſule caſtiga ſolare remitte fer ora.
Et primo ꝯſule. i. doce ignorantē. ⁊ diri/
ge dubitantem Et ſic in hoc intelligit̃ du
plex elemoſina ſpūalis. ſ. doctrīa ⁊ ꝯſiliū
Caſtiga delinquentē. conſolare triſtē. ⁊ re
mitte in te delinquentib⁹. Fer. i. patiēter
porta alioꝝ defectus. Et ora ꝓ omnibus
Huic beatitudini addit̃ pmiſſio cum d̄r
Qm̄ ipſi miſcōiam cōſequent̃. Et iſtam
miſcōiam conſequent̃ ipſi. ⁊ in vita ⁊ in
morte. In vita. q2 ipſa miſcōia impetrat
remiſſionē culpe. Eccl. iij. Sicut ī ſereno
glacies ſoluent̃ peccata tua. Bn̄dictōnez
gratie. ij. Cor. ix. Qui ſeminat in bn̄dic/
tionib⁹ de benedictōnib⁹ metet ⁊c̄. Et con
tinuationem pſeuerantie Eccle. xxix. cap̄.
Elemoſina viri quaſi ſacculus cum ipſo
⁊ gratiam hominis quaſi pupillam ꝯſer/
uabit. In morte quidem tales miſericor/
des portant ſecum triplices litteras. ſcilꝫ
litteras ſimplicis iuſticie. de quib⁹ dicit̃
Luce. vi. Date ⁊ dabit̃ vobis. Gratuite
miſericordie. de quib⁹ d̄r hic. beati miſeri/
cordes qm̄ ipſi miſe. ⁊c̄. Abundantis gra
tie. de quib⁹ d̄r Luce. vi. Menſurā bonā
⁊ ꝯfertā coagitatam ⁊c̄. Sexta beatitudo
eſt. beati mūdo corde. ⁊ hec beatitudo ꝯue
nit virginib⁹ que mundiciā cordis ⁊ cor/
poris habuerunt. In veteri namqꝫ teſta/
mento tripliciter fiebat mundatio. ſcꝫ per
aquam expiatōnis. de qua habet̃ Nūeri.
xxx. Per ſanguinem. ad Hebre. ix. capi.
Omnia pene in ſanguine mūdant̃. Per
vnctōnem ſicut tabernaculum ⁊ vaſa aa
ron cum filijs ſuis. Sic ⁊ ipſe virgines
ſe mundabant ꝑ aquam ꝯfeſſionis pure.
Iſa. j. Lauamini ⁊ mūdi eſtote. Per ſan
guinē paſſionis dominice ad Hebre. ix.
Sanguis chriſti emundabit cōſciencias
noſtras ⁊c̄. Per vnctōnem gratie infuſe
j. Johan. ij. Unctio eius docebit vos de
omnib⁹. Huic beatitudini additur pmiſ
ſio qua dicit̃ Quoniam ipſi deum vide/
bunt. Bern. Fruemur deo tribus modis
videndo eū in omnibus creaturis haben/
tes eum in nobiſmetipſis ⁊ q̄ omnibus
beatius eſt cognoſcentes ipſum in ſeipſa
veritate. Septima beatitudo eſt. beati pa/
cifici. ⁊ iſta beatitudo conuenit ꝯfeſſorib⁹
qui in ſe pacem conſcientie habuerunt ⁊
pacem in alijs pcurauerunt. De iſta pa/
ce dicit beatus Auguſtinus in libro de ci
uitate dei. Tantum eſt bonum pacis vt
etiam in bonis terrenis atqꝫ mortalibus
nihil ſolet gratius audiri. nihilqꝫ deſide/
rabilius concupiſci. ⁊ nil poſtremo poſſit
melius inueniri. Et huic beatitudini ad/
ditur pmiſſio quia ſubditur. Quoniam
filij dei vocabūtur. Tūc eī vere apparebit

ꝙ filij dei ſumus per aptam ſimilitudinē pr̄i. Johan.iij. Scimus qm̄ cum apparuerit ſimiles ei erimus. per hereditatis paterne perceptionē.ij. Cor.xij. Neqȝ enim debent filij parentibꝰ theſaurizare ſed parentes filijs. ⁊ per familiaritatis magne oſtēſionem. Tenebūt enim eos in menſa ſua Pſal. Filij tui ſicut nouelle oliuarum ⁊c̄. In camera ſua Lu.xj. Pueri mei mecū ſunt in cubili. In ſede ſua. ps. Et filij eorum vſqȝ in ſeculū ſedebunt ſuper ſedem tuam. ꝯſtituet eos ſup omnia bona ſua Math.xxv. Super pauca fuiſti fidelis. ſuper multa te conſtituam.

De ꝯmemoratione animaꝝ.
Sermo primus.

Memorare nouiſſima tua ⁊ ineternū nō peccabis Ecci.vij. Quia valde eſt vtile mortē noſtram ſepe ad memoriā reducere. ideo ſpiritusſanctus nos inducit ad noſtre mortis memoriā habendam cum dicit. Memorare nouiſſima tua ⁊c̄. Deinde ponit huius memorie vtilitatē magnā cuȝ ſubdit. ⁊ ineternū non peccabis. Circa primum eſt notandū ꝙ in hoc qđ dicit. Nouiſſima includit prima ⁊ media quoꝝ recordatio ad humilitatē nos inducit. Primo enim debemus memorari nr̄a primordia. i. natiuitatē circa quā tria ſunt ꝯſideranda. ſcȝ reatus. ſtatus ⁊ ortus. Reatus qꝛ puer cum pctō ꝯcipitur. ps. Ecce enī in iniquitatibꝰ ꝯceptus ſum ⁊c̄. Status qꝛ puer in vtero mr̄is ſtat curuus genas ſuper genua tenens. Hinc eſt ꝙ naturaliter oculi genibꝰ flexis citius lacrimant̄. ⁊ ſuper genua poſiti citius ad fletū ꝓuocant̄. Ortus etiā noſter eſt cum fletu.. Aug. in li. de ci. dei. Infantia que nō a riſu ſed a fletu orit̄ in hanc lucē quid maloꝝ paſſura ſit neſciens ꝓphetat. Solū qn̄ natus ē ferunt riſiſſe zoroaſten. nec tn̄ ille riſus ſibi ꝯfuit. qꝛ a nino rege aſſirioꝝ interfectus fuit. Et iſta tria deplorat ꝓpheta dicēs. Miſer factus ſum ꝓpter culpabilē reatū ⁊ curuatus ſum ꝓpter ſitū curuū. ꝯtriſtatus ingrediebar quo ad flebilē ortum. Scd̄o debemus memorari noſtra media. qꝛ vita noſtra vanitatibꝰ plena eſt. Nam ſm̄ hugo. de ſcō victore. in hac vita quadruplex eſt vanitas. Prima eſt in rebꝰ ꝯditis que quidē habent vnā vanitatē a nō eſſe ad eē ps. Vane ꝯſtituiſti omnes filios hoīm. Alia eſt in ipſo eſſe. qꝛ in eodē ſtatu nō ꝑmanent Ro.viij. Vanitati creatura ſubiecta eſt. Alia eſt ab eſſe in nō eſſe. ps. Verumtn̄ in ymagine ꝑtranſit homo. Iſta triplex vanitas tangit̄ Eccēs.iij. Cūcta ſubiacent vanitati quo ad vanitatē in eſſe. de terra facta ſunt quo ad vanitatē de nō eſſe in eſſe ⁊ in terrā pariter reuertunt̄ quo ad vanitatē de eſſe in nō eſſe. Secūda vanitas eſt in operibꝰ humanis q̄ ꝯſiſtit in acquirendo diuitias. delicias ⁊ honores que tn̄ cū labore acquirunt̄. cū timore poſſident̄ ⁊ cū dolore perdunt̄. Tercia vanitas eſt in corporalibꝰ. Nam ſm̄ ber. caro noſtra impugnat̄ a ſuo materiali principio. i. a luto ab ipſo mundo ⁊ a dyabolo. Et dicit ꝙ a luto hȝ cogitatōes voluptuoſas. a mūdo curioſas. ⁊ a dyabolo malicioſas. Quarta vanitas ē in mentibꝰ. in quibꝰ ē triplex vanitas ſm̄ greg. Vna eſt qꝛ cū labore ꝓficit. ſine labore deficit. Alia eſt qꝛ mō ardenter appetit. mō faſtidit. Tercia ē affectionū varietas q̄ ipſam ſepe impellit. Tercio debemus memorari noſtra nouiſſima. ſ. mortē periculoſam. ⁊ viā formidoloſam. Mors nāqȝ valde eſt ꝑiculoſa. qꝛ tunc aīa quadruplex bellū gerit. Vnū cuȝ morbo ſeparante. Aīa namqȝ naturaliter vult eſſe in corpe. ⁊ morbo eam nitit̄ ſeparare. j. Reg.xv. Siccine ſeparat amara mors. Secundū hȝ cum dyabolo infeſtāte. Gene.iij. Tu inſidiaberis calcaneo eius. Tercium hȝ cum pctō ſe ingerente. Sepe enī